

1935.

1

Vir Illustris,

Tertio Idus Januar. literas ad Te dedi novissimas, quibus indicavi, omni molimine eò me allaborasse, ut Te ita jubente, quantocyus id demum liceret iter ingredi. Inde ut securitati meae prospiceretur, (vias enim in Livonia et ejus confinibus infestari fama est.) iisdem proximè diebus è Galliis appropinquante novâ Colonia Petripolin aditura Ego. Dn. de La Fort, qui ei ducendæ præfectus est, in comitatum suum humanissimè me recepit. Verum quòd interea Dn. de Bernonville, Director Art. Mechanicarum, cui nunc itinens comes futurus sum, ex pleuritide verâ, eaq; satis anceps, laborare coepisset, is quidem cura mea commissus, ali-

quot dierum moras festinanti iniecit. Nunc au-
 tem, eodem melius se habere incipiente, circa finem
 mensis presentis. (secus enim facile metuenda esse tre-
 cidiva anticipis eventus:) viam junctim ingrediemur,
 eo quidem magis festinaturi, quod, cum Ipse Vir Illu-
 stris id iusseris, tum quoque M. Sib. B. de Gaffirhoff, da-
 tis ad dictum Dr. de Bernonville literis, idem prorsus
 urgeat. Hoc itaque sunt, quae labente celeriter hunc
 obsequii mei ratio. Tibi nunciari soadet, ut cere-
 bus meis tatis constet: certus interim fore ut me
 meaque benevolentia tua constanter complexurus
 sis, Vale!

Vir Illustris
 Splendidissimi Tui Nominis

Gedani d. 18 Febr.

1718.

Obsequiosissimus Cultor
 Daniel Gottlieb Meserscheidt.